



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VII. Memoria cœli quibus modis quotidie instauranda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Psalm. 32. vers. 13.
Psalm. 122. vers. 1.
Cic. pro C. Rabirio.
 E Regio Plalte id discimus: De celo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum, de preparato habitaculo suo respexit super omnes. Ad te levavi oculos meos qui habitas in cælis. Priscis idololatriis aliquid lucis hac in te illuxit. Tullius orator: Bonorum virorum mentes, inquit, mihi divina atque æternæ videntur, & ex hominum vitâ ad Deorum religionem sanctimoniamque demigrare. Divinum domicilium est cælum. Sed pergitur.

9. Cassia.
 Vel ideo etiam Christus preces nostras ordiri nos voluit ab his verbis: Pater noster qui es in cælis, ut animam tunc maxime attolleremus cælo, cum oraturi sumus. Nam oratio, si priscis Patribus fides, est elevatio mentis in Deum. Oraturus igitur fiducia ingentipectus impleat, illudque secum commeditetur: Pater meus in cælo est: opulentus sanè ac nobilis parens, in cuius manu sunt omnia. Huic Patri meo nihil gratius quam a se plurima peti. Ab eo quidem nos filii nunc exulamus, & peregrè agimus velut alienigenæ, sed non longinquum est iter nostrum. Brevis suprà erimus cum Patre. Nam illam voluptatis domum propter nos potius, quam propter se struxit. Equè bene illi erat cum cælum non erat. Nos hic in titocinio sumus variis experimentis inspicendi, num optimi in Patrem affectus specimen demus. Hoc ubi ritè dederimus, ad Patrem assumemur in cælum. Cur ergo non singulis horis summum illud & hereditarium bonum cum gaudio aspicimus? Cur non ardentissimo affectu precamur, Pater noster qui es in cælis: Adveniat regnum tuum?

Valer. lib. 1. cap. 5.
** Mala regia.*
 Pompejus Magnus, teste Valerio, in acie Pharalicâ victus & fugatus à Julio Cæsare, cursu in Insulam Cyprium, ut aliquid in eâ virium contraheret, classem direxit, appellensque ad oppidum Paphum, in litore speciosum ac prælatum vidit ædificium, & navarchum interrogavit, quod loco nomen esset? Qui respondit, *ναὶ βασιλεια* vocari.

Hic mali ominis voce territus Pompejus, spem omnem, quantulacunque restabat, perdidit. Neque id dissimulante tulit; avertit enim oculos ab illis rectis, & dolorem quem è voce ominosâ conceperat, gemitu patefecit.

Matth. c. 1. vers. 34.
 Si nos de immenso siderum ædificio queramus: quod nomen est huic tantæ machinæ? Respondit à Christo habemus, qui structuram illam Thronum Dei nominans: Ego autem dico vobis, inquit, non jurare omnino, nec per cælum, quia Thronus Dei est. Cum ergo ad orationis nostræ prologum sic Deum alloquimur: Pater noster qui es in cælis, cum ingenti gaudio cælum suspiciamus; nam hoc ædificium *ναὶ βασιλεια* rectissime nominatur. Hic Dei Thronus, hæc domus cælum vel cogitatione tantum, vel oculis solum exterius libata cor nostrum gaudio, & fiducia complet, semianimes in spem æternitatis erigit beatissimæ.

§. V.

I Deicò etiam cum Patrem nostrum cæli Dominum compellamus, simul etiam meminerimus, digna ipso & cælestia rogare. Fas quidem est valitudinem, victum, laboris succellum, exigui censûs incrementum, pacis & concordie augmentum petere. Hæc tamen omnia eò petenda, ut tantò constantius non solum petamus, sed impetremus illud, quod assidue petendum, *Adveniat regnum tuum*. Isidori Pelusiote dictum est: Ideò non impetratis, quia terrena, non cælestia postulatis. Ingens enim miseriæ atque amentia fuerit hæc petere, quæ etiam cum habemus, excutere iussi sumus. Sæpe nobis precantibus pater cælestis iure objecerit: Quid rerum hic petitis? Filius meus aliter vos erudit. Beatos pauperes dixit, vos opes postularis: Beatos mites prædicavit, vos vindictam poscitis: Beatos lugentes afflavit, vos gaudia Mundi queritis. Hæc meus Filius docuit contemnere, quæ impetrata cupitis. Ita prorsus in-

A gentis est amentia, ea petere, quæ cum habemus iussi sumus excutere.

Sed dixeris: Ego cæleste quid peto, singulare lumen, calentes in Deum affectus, mellitos de Deo sensus, divinum amorem, voluntatis meæ cum divina conformationem. Sed neque hæc impetro; vacuus remaneo & ficcus.

B Ostendam quid erroris hic lateat. Est qui dolium generosiore vino, aut oleo, aut liquore alio velit imple-re. Illud itaque prius experitur, num aquam infusam contineat: ubi vas illud rimarum plenum persfluere observat: O meum dolium, inquit, nec vinum, nec oleum, sed nec acetum tibi committam, dum assulæ sic jungantur, ut quod infusum est, non diffuset. Ita Deus nobiscum agit, qui, Ambrosio teste, priusquam dona infundat cælestia, temporalem prosperitatem concedit; si verò diffuere contingat, cælestia non infundit. Liberalis Deus impetratur victum, valetudinem, favores humanos, honores exoptatos, in multis successus prosperos. Hoc omne aqua est, quam Deus infundit experientis nobis. Quod si minoribus his Dei donis incuriosè ac segniter utamur, pecuniam prodigè dissipemus, honoribus inflemur, pecuniam prodigè dissipemus, potumque intemperantiis sumamus. Ohe! vas istud persluit; aquam non continet, ergo nec vinum infundetur; caducis abutitur, ergo cælestia non impetrabit.

C Christi ad Nicodemum reprehensio est: Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixerò vobis cælestia, credetis? Seipsam quavis objurgatione haud falsâ feriet, si dicat: Circumspice qualis sis; cum litigatur non es ultimus; cum luditur, non es pigerrimus; cum potatur, non es tardissimus; inter ambitiosos non infimus; inter detractores minime taciturnus; inter deceptores non indoctissimus; inter ebrios non postremus; inter iracundos & invidos non minimus; cum iuratur & pejoratur, tu certe facundissimus es; cum in templo garritur, tu planè primus es; cum orandum & jejunandum, hic profectò ultimus es, cum vigilandum, hic omnium infirmisissimus es; cum pauperibus quid erogandum, hic pauperissimus es omnium. Ohe! dolium istud non continet aquam: homo iste præsentibus rectè uti nescit, hinc malè futura querit. Utrunque miser, nec præsentia servaturus, nec lataturus futurus. Cælum sincere non amat, cui nondum fordet terra.

CAPUT VII.

Memoria cæli quibus modis quotidie sit instauranda.

D E beatâ vitâ insigniter prorsus Philosophus Cordubensis dixit: Vivere omnes beatè volunt: sed ad pervidendum quid sit quod beatam vitam efficiat, caligant; Adeoque non est facile consequi beatam vitam. Proponendum est itaque primum, quid sit quod petamus: tunc circumspiciendum est, quâ contendere illò celerrimè possimus. Quamdiu quidem passim vagamur, non ducem secuti, sed fremitum & clamorem dissonum in diversâ vocantium, vita brevis inter errores conteritur. Decernatur itaque & quò tendamus, & quâ: non sine perito aliquo, cui explorata sint ea, in quæ procedimus.

Quoniam quidem non eadem hic, quæ in ceteris peregrinationibus conditio est; in illis comprehensus aliquis limes, & interrogati incolæ non patiuntur errare: At hic tritissima quæque via & celeberrima maxime decipit. Quid posset magis Christianum dici? Nihil ergo magis Seneca l. de præstandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentem beatâ vitam gregem pergentes non quâ eundum est, sed quâ itur. Quid verius? Vita planè ac spatiofa via est quæ ducit ad interitum, arcta quæ ad vitam, ad cælum.

Ovum initio sub oculos dedimus, per quod explicavimus compendio, quid illud Beatitudinis sit, quod petimus. Ulterius progressi diximus ad beatitudinis memoriam sequendam plurimum facere, beatitudinis memoriam quam idem quotidie instaurari oporteat. Nunc porro eundem, & quibus modis memoria beatitudinis instauranda sit, explicandum.

§. I.

Christus conviva super mensam, praeceptiones nobilissimas in nuptiis ac conviviis servandas salubriter instillans: Cum vocatus fuisset, inquit, vade, recumbe in novissimo loco, ut cum veneris, qui te invitavit, dicat tibi, Amice ascende superius. Quod docuit, hoc & ipse servavit. Nam capit Jesus facere & docere. Docuit in loco novissimo recumbendum, & recubuit in novissimo. Si Tertulliano credimus, de Christo variatus est illud Amos: Qui edificat ascensionem suam in caelo. Ascensionem hanc non aliter edificavit Christus quam descensione. Christi vitam omnem inspicere, & fatebris caeli Dominum in loco infimo accubuisse. Merito tandem honorificum illud à Patre audit: Ascende superius.

Er nos quoque ad exemplum Domini Ascensiones nostras edificemus in caelo. Hoc autem rectissime fiet jugi beatitudinis memoria, quae innovanda est hac potissimum triplici ratione. Descensu Tartari, Contemptu terrae, Aspectu Caeli. Explico singula.

Primum est, Descensus Tartari. Sic praeventem habemus Christum. Cum caelestis Pater Filium in Orbem hunc inferiorem mitteret, hoc ei praeceptionis dedit. Vade fili, & recumbe in novissimo loco. Ad nutum Patris exactissime factum. Quod Lucas attestatur: Er quidem filius hominis, inquit, secundum quod definitum est, vadit. Eo certe anipio ut recumbat in novissimo loco. Nam primo in Orbem ingressu non erat ei locus in deserto. Ita inter pecudes hospitatus recubuit in novissimo loco. Hic eum Angeli, hic pastores, hic salutarunt Magi. Exacta pueritia jam populum docturus, in solitudine prius secessit, ubi quadraginta diebus ac noctibus jejuniis perseverabat, eratque, quod Marcus asseruit, cum bestis. Recubuit proflus in novissimo loco.

Passus est insuper non solum tentari se à Satanà, quod obstupescendum, sed etiam per aërem vehi, in montis iugo statui, ad templi fastigium perducere. Et consummatam omni tentatione, diabolus recessit ab illo usque ad tempus. Tanti quam rediturus, suaeque vires denique exploraturus in Christo. Et quis locus prae isto magis esse novissimus possit? Idem Dei Filius ex Orbe hoc abiturus, in trabem suffigi se permisit, latronum medium. Verissime secundum quod definitum est, recubuit in novissimo loco. Quod Isaias luculenter affirmans: Vidimus eum, inquit, & non erat aspectus: & desideravimus eum, despectum & novissimum virorum. En, Dei Filius, inter pecudes nascitur, à Diabolo tentandus invaditur, inter latrones moritur.

Hinc post reditum in vitam ab universo caelo acclamatum: Amice ascende superius. Ecce homo, qui edificavit in caelo Ascensionem suam. Sanè non aliter quam descensu hunc ascensum edificavit. Apertè Paulus: Quod autem ascendit, quid est, inquit, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes caelos. Quis in Orbe locus profundior inferis? Eo Dominus Jesus descensionem prius fecit, quam caelum conscendit.

Cogitas Christiane ascendere in caelum? Descende prius in Tartarum. Hebraei regis dictum sequere: Descendant in infernum viventes. Longè fatius est, ut eò demigremus vivi, sed redituri, quam ut eò ablegemur mortui, inde nunquam emerfuri. Descende igitur & aeterni carceris latibula & caveas perlustra. Inspice quibus illic supplicis arrogantia, quibus luxuria & invidia, quibus alia vitiis monstra puniantur, Mansiones illic sunt

& aeternae, sed mansiones cruciatuum & tormentorum, mansiones diabolorum & hominum damnatorum. His illustratis evade ad superos, Amice ascende superius, & perlustra caelum: aeternitatem illam beatissimam confer cum ærumnissimam altera: vide disparatem proflus aeternitatis domum, & disparatem iniquos. Si longe facilius ascensiones tuas edificabis in caelo: ita recentem ac validam beatitudinis memoriam conservabis.

Ajunt è profundo purgo aciem oculorum velut per tubum adeo firmiter in caelum extendi, ut ipsas stellas ipso etiam meridie possit cernere. Haud aliter mens humana in caelum tantò sublimius ascendet, quantò profundius in Tartarum se submiserit. Recumbat prius in novissimo loco, tum demum audiet: Amice ascende superius.

§. II.

Alerum, quo jugem beatitudinis memoriam refrigeremus, est, Contemptus terrae. Sanctus Ignatius

Lojola, frequenter humili scabello sedens, & rorantibus oculis caelum identidem suspiciens: Heu, dicebat, quam sordet terra, cum caelum aspicio! Notum illud religiosissimum praeceptum: Dimitte omnia, & invenies omniam. Relinque cupidinem, & reperies requiem. Cave rebus perituri inhaereas, ne capiaris & cum iis pereas.

Quam verè ac significanter è Divi Francisci familia Theologus dixit: Si tibi Deus hanc beatitudinem non ultra media etiam hora spatium largiretur, mille mundos huc similes deberes spernere, & plenius Deo frui, quod magis ex animo huius brevis vitae quisquiliis & vilitatibus contempseris. Et nos (ò infana cæcitas!) nec vilissimam terrae particulam audeamus sat fortiter contemnere. Equid demum est voluptas omnis, & omnis thesaurus terrae? Tiutillitium, scarabei umbra, fumus, vanitas, nihil est.

Narrat Homerus comites Ulyssis dulcibus è Loto fructibus gustatis turpiter oblitos redire in patriam. Hinc verbi veteris origo: Lotum gustavit. Lotophagos rectè dixeris eos, qui terrae sordibus inescati patriæ caelestis turpissimè obliviscuntur: pro nihilo habent, terram desiderabilem. Cui terra sapit, caelum desipit, cui va-

pit caelum, ei profectò terra desipit. Pisces marini gaudent maris falfagine, aquis dulcibus necantur: ita plurimi amarissimis Mundi voluptatibus oblectantur, mel caeli fastidiunt. Ambrosius de naturis rerum differens, ait Corallium in aquis herbam esse, cum ex aquis in aërem transferetur in lapidem durefcere. Utinam terrigenæ illi, qui inter carnalis oblectationis undas adeo mollescent, ut etiam ad calamitatis umbram impatientes sint, utinam velut alga caput attollant caelo, & auræ sese inferant æthereæ, in nobile profectò corallium durefcere, ad omnia perferenda robusti.

Qui ascensiones suas in caelo edificat, prius terram calcet. Nos quidem ascensiones edificamus, sed heu non in caelo. Omne nostrum struere, apposito verbo

Græci ἀγοσθαιρὶν nominant. Fundamentum deest his talibus structuris. Hominis avari aut ambitiosi mentem inspice, videbis quot ii ascensiones moliantur. Est qui cogitet: Quo demum modo hoc munus, dignitatem istam, hos titulos obtinebo? His obtentis progrediar paullatim ad altiora, Ascendam superius. Ubi & istud obtinuerò, tum denique phylacteria mea dilatabo & magnificabo simbras: multi qui olim vix caput aperire dignati, jam mihi & genua cogentur flectere. Jam verò liberos sic vestiam, filios in Italiam aut Gallias mittam, filias cum amplà dote matrimonio jungam: In rem meam conitar, ut domos & prædia emam, ne censu aliis impar inter pedarios tantum numerer Senatores. Mille talia concinnamus in pectore. En architectos qui edificant ascensiones suas in terrâ, in aëre. Hoc edifici genus, ò boni, struendum est in caelo: non in terrâ, non in aëre, aut ruinam prius cerneris, quam structuram.

Apostoli

Ap̄stoli ē Christo jam jam in cælum ascensuro quæ-
sierunt: Domine, si in tempore hoc restitueris regnum Israel. O
viri quid istuc quæritis? Tam præclara & multa de cælo
audistis, & adhuc de terrâ & terreno regno interroga-
tis? Quid ad vos hæc petitura & infima? Tam non di-
cam vos servos: Vos autem dixi amicos. Igitur, o amici ascen-
dite superius: Cogitationes ac desideria in altum erigite:
mittite terram, exquirite cælum. Non humilietur in
pulvere anima vestra, non conglutinetur in terrâ ven-
ter vester.

Sunt Geographi qui Orbem Orbisque partes spe-
ctandas in tabulis proponunt: Sunt & Astrologi qui
cæli leges, siderum meatus, orbisque cælestes ē ligno
aut metallo fabrefactos in sphaerâ representant. Fuit ha-
runcce rerum imperitior quispiam & albē mentis homo,
qui Geographum primò accessit & petiit, per Orbem
sele compendio duceret, doceretque varias regiones in
chartâ nōsse.

Nec minus ē tabulâ pictos ediscere Mundos.

Mox ille hominem ad ingentem tabulam suaviter
trahens, ostendit fermocinante manu hīc Asiam, no-
vam illi Americam, istic Africam & Europam: ita flu-
mina, maria, provincias, regna plurima commonstra-
vit. Sed jam instructus à Geographo Astronomiæ Do-
ctorem adiit & rogavit, cælestium orbium compositi-
onem sibi explicaret: quis eorum numerus, quis ordo,
quis motus, qui eccentrici, qui plani, qui solidi sint Or-
bes. Astrologus cepit versare sphaeram & ostendere,
quinam eccentrici, qui plani, qui solidi dicantur; quæ
circulorum volumina vel orbiculata parallela, vel obli-
qua, decussata, quæ axium sint vertigines. Sphaeræ me-
dio, cingebatur terra vix nucem æquans; ita simul etiam
cæli terræque distantiam explicavit. Hic auditor admi-
rabundus: Quid hoc rerum est, obsecro? exclamat.
Prior ille geographiæ professor, in extensâ telâ terræ
globum esse maximum monstravit; Tu verò doctissime
Domine, terram vix nuci magnitudine parem exhibes.
Cui credam? Adstitit amicorum aliquis qui in aurem
insusurrans: Ne mireris, inquit, nam ille Geographus,
iste Astrologus est; diversa tractant studia; rem suam
uterque curat. In rem nostram hæc faciunt.

Diabolus Geographus est peritissimus. Et ecce artis
specimen. In monte Christo monstraturus quā in-
gens esset terra, ostendit ei omnia regna Mundi & gloriam
eorum. & dixit: Hæc omnia tibi dabo. En obsecro, Geogra-
phum prorsus egregium, qui omnia terræ bona ut in-
gentia, ut maxima repræsentat: vitam mortalem pre-
tiosissimam, idēque charissimam, unbram honoris
speciosissimam, pecuniam rerum omnium potentissi-
mam, beatitudinem ipsam esse commonstrat. Hinc il-
lud Mundi sanctissimum dogma:

querenda pecunia primum est,

Virtus post numos.

Hæc Geographi ex orco fallacia est, sic ille terram
magnificat. At verò Christus veræ astrologiæ doctōr
peritissimus, loquens de regno Dei, terram à suis omnibus
contemnendam docet, & ascensiones ædificandas in
cælo. Hinc illæ cohortationes assiduæ: Si mundus vos odit,
scito te, quia me priorem vobis odio habuit. Nolite diligere
mundum, neque ea que in mundo sunt. Ergo non contem-
plantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur iter ingre-
diendum sublime. Verissimè dixit Seneca: Nemo alius
Deo dignus quā qui opes contempserit. Expedita ad cælum
via est, Contemptus terra.

Aude hospes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo.

§. III.

Tertium quo memoria beatitudinis restauranda,
Aspectus cæli. Domum vel foris tantum aspicere &

A non amare difficile. Christus in cælum abiturus suos
omnes præsentēs esse voluit. Videntibus illis, ait Lucas, Ad. c. 1. v. 9.
elevatus est. Cū orbem nascendo ingrederetur, silen-
tio & noctu, ignotus occultusque venit; cælum ascen-
surus, centum & viginti spectatores, homines ex omni
munero selectissimos ad hoc spectaculi excitavit.

Regum fasti memorant Jonatham juvenem regium i. Reg. v. 14.
fame compulsū ē favo mellis aliquid immersā virgā vers. 27.
libasse, & mox ejus oculos esse illuminatos. Tobias cæ- Tob. cap. 11.
cus oculorum ulum reparavit non melle, sed fellē. En v. 13. & 14.
collyrium planē dissimillimum, sed eundem prorsus ef-
fectum. Jonathas & Tobias nitidos vegetosque reddi-
derunt suos oculos, ille mellis, hic fellis beneficio.

Dominicum illud in nos quadrat: Modicum lumen in Ioan. c. 12.
vobis est. Sicut oculi noctuæ ad solem, ita nostri ad divi- vers. 35.
na & cælestia caligant. Hic minime lincei sumus; hēu Lolium vi-
loliō victimamus; tam agris & affectis oculis cælum lan- tiat, & ob-
guidissimè penetramus. Ergo collyrium admittendum. tundit ocu-
los.

B Sed num mellis an fellis malum? Citius mellē ac sua-
vius sanabimur. Quocirca mel placet. Hæc quidem di-
cimus, sed sæpe alia omnia facimus. Edissero quod dixi.

Suspiciere cælum, & intimo pectore beatitudinem Visus du-
suspirare, mel est omni melle suavius; gravia & aspera plex medi-
pati, fel est omni felle amari. En visus interioris me- cina qua.
dicinam duplicem iutra placet? Quando nos igitur tam
rarò tanque oscitanter & perfunctoriè cælum cogita-
mus, mel reverà spernimus. O curvæ in terras animæ,
& cælestium inanes! Subinde horulâ unicâ, aut parte
horulæ mel istud oculis possit allini saluberrimè. Hoc
scilicet faciendum. Cogitationes aliæ omnes curæque
tantisper seponende, ut tantò attentius ac suavius sola
cogitari possit beatitudo. Ipse sibi quæque dicat: En
hoc, & hoc, & hoc etiam promissum est tibi, chirogra-
phum Christi penes te habes. Expectat te immensum
voluptatis mare: æternū ab omni malo securus; æter-
nū unde quaque beatus eris; si tamen velis esse.

C Hæc solâ lege assumēris, si nolis servire vitis.

En cælum sideribus distinctum quā etiam extrin-
secus formosum sit! Quis eò manibus pedibusque
perreptas? Age, tolera, & labora ut bonus miles; brevī
vinces. Num tu à carne tuâ, ab appetentiâ tuâ, à falla-
cissimis illecebris patieris te vinci? Si liber infans, qua-
so, cum ratione infans, ne æternū pereas. Cælum
suspice & esto frugi.

En talis homo aquilinos & lyneceos sibi oculos con-
ciliat melle, hoc est aspectu cæli; uti Jonathas, sic & illius
illuminabuntur. Sed plerunque nolumus perungi hoc
melle. Ad omnes nugas vacamus, hic solum nil super-
est temporis; omnia alia solertissimè curamus, cælum
in postremis curis habemus. Vix illud unquam seriò &
cum curâ consideramus. Ita hoc melle sanari nolumus.

Idcirco Deus sēlle nobis medicinam facit, plagis nos
erudit. Quā quidem ratione, illuminamur; sed lentior est,
& acerbior hic medendi modus. Jacob Patriarcha Genes. c. 34.
quantis quāque diuturnis calamitatibus pressus est? vers. 30.
cū duo filii Simeon & Levi civitatem Salem cædi-
bus vacuassent: Turbatus me, inquit, & odiosum fecisti me
habitoribus terræ hujus. Amisso Joseph filio, noluit con-
solationem admittere, sed illud in continuo luctu inge-
minabat: Descendam ad siliū meum lugens in infernum. Genes. c. 37.
Hunc luctum viginti tribus annis perseveravit. En quo- vers. 37.
modo fel istud oculos Jacob horrendum ulserit. Ubi
verò Angelum humanā specie velatum vidit: Vidi Do- Genes. c. 32.
minum facie ad faciem, inquit, & salva facta est anima mea. vers. 30.
En quā celeriter, obsecro, cælesti hoc melle perfusa- * Vidisse
tus, & illuminatus sit; salva facta est anima illius. Nil ul- Christum
trā petiit, votorum summam attingit, optimè illi fuit, abeuntem in cælum
n-ē cæli gustavit. plus pro-
plus pro-

Hoc melle Christus Apostolos curavit. Viderunt il-
lum abeuntem in cælum. * Hoc vidisse plus illis profuit, plurimas
quā conciones plurimas audivisse. Attollamus quoti- conciones
die audisse.